

1791.

1311 den 23 April.

Westerås.

HÅKAN KNUTSSON testamenterar en åtting jord i Råby till Alvastra kloster, der han valt grafställe för sig och sin hustru, samt bestämmer talrika gåfvor till kyrkor och kloster m. fl. andliga inrättningar, samt till släktingar och tjenare m. m.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

JN nomine patris et filij et spiritus sancti Amen, Anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XI<sup>o</sup>. Cum incertus sit cunctis mortalis uite terminus, et cercius morte nichil, eapropter Ego HAQUINUS KNUTSON Jn remissionem peccatorum meorum, de bonis mihi a deo concessis, ad hanc horam, Testamentum meum condo, et ordino in hunc modum Jn primis lego monasterio in alwastrum ubi sepulturam meam eligo pro me, et uxore mea, vnum attung terre in rabý. Jtem in subsidium terre sancte, unum palifridum ualentem .XII. marchas denariorum. Jtem ad fabricam ecclesie vpsalensis .III. marchas denar. Jtem ecclesie cathedrali arosie .III. marchas denar. et cuilibet canonico ibidem, unam marcham denar. et choralibus ibidem .XII. oras denar. et scolaribus ibidem unam marcham denar. Jtem fratribus predicatoribus ibidem .II. marchas denar. Jtem ecclesie beati nicolai ibidem, unam marcham denar. et plebano ibidem tantum. Jtem fratribus predicatoribus sictunie .II. marchas denar. Jtem fratribus minoribus in stokholm unum equm. et alium sororibus ordinis sancte clare ibidem. Jtem capelle a nørræmalm in stokholm, de nouo extructe .II. marchas denar. Jtem fratribus minoribus enekopie .II. marchas denar. Jtem fratribus in Arbughæ .III. marchas denar. Jtem fratribus nykophie tantum. Jtem fratribus iunæchopie tantum. Jtem sororibus in aschæby .III. marchas denar. Jtem sorori katerine ibidem tantum. Jtem sororibus skæningie .III. marchas denar. Jtem fratribus in halmstathum .III. marchas denar. Jtem ecclesie mee parokiali in ferghørýdh. unum agrum sibi vicinum. et unam marcham denar. sacerdoti ibidem. Jtem ecclesie reptilæ vnam marcham denar. et plebano ibidem tantum. Jtem ecclesie estræ .XII. oras denar. et plebano ibidem tantum. Jnsuper volo, et instanter rogo, ut infantes sororis mee margarete una cum germano meo gøzstawo, et reliquis sororibus meis de meo fatæbur iacente in hýltø et færghærýdh, et cornibus meis que habet dictus gøzstauus, integraliter sorciantur Jtem dimitto eidem gøzstawo pannum et res alias a me receptas pro nupciis suis. Tali siquidem condicione, quod ipse gøzstavus quittat omnino inter nos, et dominum dan ionson de curia dicta bardhærýdh, Jnsuper dono sibi armaturam cum copørtur patris nostri si dicta sibi non sufficerint (!) Jtem øiaro .V. que marchas denar. quas recipiat de iohanne tholfson. Jtem thome bænæson

unam

unam dimidiam lestim anone quam recipiat de iohanne tuur. Jtem fratri skarlaco unam tunicam. Jtem andree birgherson unum palifridum griseum. unum spoldener. et unam plateæ cum galea. Jtem kanuto sororio meo unum equum et unum lendener et unam plato cum kætilhøth. Jtem nanæ, unam plato unum lendener, et unum hersner. quod est in færghørýdh. Jtem arnwido unum bouem, unam uaccam et unam oram anone. Jtem swarte puero meo unum equum, tunicam capam, et lineas uestes. Jtem thordoni, tunicam capam, et lineas uestes. Jtem nicolao similiter. Jtem dicto nanæ similiter. Jtem ewærardo cursori meo, tunicam, capam, et lineas uestes, et unum equum trium marcharum Jtem conuiuiis in arosia, silicet sancti sepulcri domini unam marcham denar. Sancti iohannis tantum. sancti olaui regis et martiris tantum\*). Ad solucionem æ [o: autem] mei testamenti ac singulorum debitorum meorum per me contractorum, assigno reliquos tres attunghos terre in raby. cum molendinis et rebus mobilibus et immobilibus *que* rite et integre ad dictam curiam ab antiquo pertinere dinoscuntur. assigno eciam ad predicta debita soluenda, duo talenta naualia cupri. que iacent skæningie Et hec facere et soluere debent dominus abbas in alwastrum, et germanus meus gøzstavus. Ita quod soluto utroque debito videlicet legato et contracto deinceps curia memorata ad usus perpetuos sepe dicti claustrum in alwastrum applicetur, quousque heredes mei resolvere ualuerint. Exequutores uero presentis mee donacionis jnstituo dominum siggonem halstenson, et dominum arnwidum gøzstafson, et predictum abbatem in alwastrum et germanum meum gøzstawm. IN cuius rei euidenciam presens testamentum sigillis reuerendorum uirorum, videlicet, Domini Nicolai dei gracia archiepiscopi vpsalensis, et domini israelis eadem gracia electi arosiensis Dominorum haquini prepositi. et redhari canonici, eiusdem ecclesie, Domini siggonis castellani stokholmensis. Domini arnwidi gøzstafson. Domini birgheri abbatis de alwastrum et dilecti germani mei gøzstawi. vna cum sigillo meo feci roborari. Actum arosie IN die beati Georgij martiris, anno supradicto.

*På fränsidan:* "De krakathorp", och: "Super vnum ottungum terre Jn Raby.

Sigillen N:o 1—5, 8, 9 mer eller mindre skadade; N:o 6, 7 saknas.

\*) De föregående orden, från och med orden: "Jtem conuiuiis", äro samtidigt af samma hand skrifna i nedra kanten af brefvet och här insignerade.